32 Supueſto eſte,como principal, y neceſſario fundamẽto,ǭ pudo el Sereniſsimo Rey D. Pedro conceder, eſta incorporacion,de la manera,que la concedio; y que ſe ha de reputar por Fuero,y Acto de Corte,ſe dize, que por eſta incorporacion clariſsima, y expreſſamente el Rey,y la Corte general,induxeron, y conſtituyeron vn fideicomiſſo,y llamamiento perpetuo gradual, y ſucceſiuo en eſtos Lugares,en favor de todos los, que en qualquiere tiempo fueren Reyes de Aragon:Para declaraciõ deſte concepto, ſe ha de preſuponer, que en Aragon ſe pueden conſtituir mayorazgos, y fideicomiſſos, aſsi en contractos,como en vltimas voluntades, *vt in for.*1.*de*

nat.

*nat.ex dam.coi.for.penul.de donation.Obs.1.de reb.vincul.Obs.Item in Aragonia de gener.priuil.*tradit *Moli. verb.apprehensio,fol.27.col.4.*Y asi mesmo,que las prohibiciones hechas en contractos, obrã el mismo efecto, que obrarian puestas en vltimas voluntades,quia in Aragonia,ex solo titulo,vel contractu transfertur dominiũ, & impeditur eius translatio, *Obs.vnic.tit. de pact. inter empt.Obs.Item in Aragonia,tit.de gen.priuil.tot.Arago.Regn.* tradit *Mol. verb. dominium, & idem ius est vbicumque Dominum,ex solo titulo transfertur,* vt notat *Bal.in l.peto.§.fratre oppos.5.de leg.2.*& etiam quia stãdum est carthæ,*Obs.Item Iudex de fide instrum.* quã rationem ad propositum agnoverunt exteri inter quos, *Beroius cons.120.n.2.vol.2.*

33 Tambien se ha de presuponer,que no solo se dize,q̃ està expreso en la escritura,y instrumento,lo que cõ letras claras està en el escrito;pero tambien lo,que resulta, y se sigue de lo expresado, *§.si eorum, de inutil. stipul.l.sciendum 30.de verb.oblig.§.fin.de fideius. vt per Bald.in l.vnita,C.de his,qui ante apert.tabul.num.*10. *Rol.vol.3.cons.51. num.22.ex vol. 4.cons. 34. num.50.* vnde illud,quod resultat ex instrumento, & sequitur ad expressum,dicitur esse thenor instrumenti, ita *Bal.in l. approbationes,la* 1.*nu.*1.*C.de prob. & in l.1.de his, quæ in testam.delen,col,fin.post.med.*& illud, quod virtualiter in instrumento,dicitur in illo scriptum, *vt per Alex. cons.126.vol.6. & Ang. in §. fuerat de action. col.2. & Abb.in cap.cum olim num.*10.*de censib.per text.*ibi:*Instrumẽtum probare propriè,& expressè,non solum illud, quod directè continetur in illo,sed etiam,quod indirectè,* & illum textum ad hoc commendat,*Ias.in l.certi conditio in prin.num.21.si cert.pet.& in l.si duo,§.Marcellus num.1.de iure iuran.Hoc in l.cum auus, nu.88.de cond. & demonst.* nam qui dicit, vnum dicit omnia, quæ sequuntur ab illo,& ita quando testis dicit vnum, ex quo

aliud

aliud sequitur super vtroq; deposuisse videtur, *argum. illud de acq. hæred.* vt ex *Rom.* 1. *Bal. Decio*, probat *Mascard. vol.* 3. *cons.* 227 9. *num.* 6.

34 Exemplum sit inter alia, quæ ocurrere possent aptissimum, si quis delinquens filium hæredē, dicat se in eo instituere maioratum, hoc solo verbo; censendus est vocasse, iuxta naturā maioratus, omnes ex filio descendētes, ordine succesiuo in perpetuum, & fecisse omnes substitutiones, ad ipsam perpetuitatem inducendam necessarias, quamvis eas specificè non expresserit, quia cum resultent, ex verbo maioratus in charta, expresso habētur, pro expressis, cū nō aliter possit verificari, & probari maioratus expressio, nisi habitis pro expressis, his omnibus substitutionibus, ad eius perpetuitatem, & propriam significationem necessarijs, vt voluerunt *Socin. cons.* 35. *nu.* 3. *lib.* 3. *Paris. cons.* 72. *lib.* 4. *num.* 86. *Molina lib.* 1. *de primog. cap.* 4. *num.* 15. *Burg. de Paz in proœm. ll. taur. num.* 88. *& cons.* 29. *num.* 76. *& in suis quæstionibus, quæst.* 2. *num.* 74. *in fin. Palac. Rub. in c. per vestras de donation.* §. 69. *num.* 21. qui enim vult aliquod factum censetur, velle omnia ea, quæ sunt, ex natura ipsius facti, vt notat *Barb. in l.* 2. *de iurisd. omn. iudic. & in l. gerit. de acquir. hæred.* nam ad captionem, vocationum, & substitutionum, non requiritur pro forma, vt explicitè, & sub verbis formalibus, & indiuiduis proferantur, sed sat erit proponere in dispositione verbum aptum, plures substitutiones comprehendere, hoc enim facto, perinde erit, ac si specificè propositæ fuissent omnes substitutiones, quæ ex natura verbi deducuntur, *vt probat. l. cohæredi,* §. *qui discretas de vulg.* per quem textum dixit *Aretin.* ibi: *Ex vnica oratione, & ex vnico verborum contextu posse causari plures gradus, substitutionum,* cuius dictum refert, & sequitur *Ias. ibi num.* 5. *Molin. vbi sup. Zaballos commun. lib.* 2. *q.* 725. *num.* 6. non enim esse curandum de modo in hac, & similibus speciebus, dum tamen ex verbis

bis resultet principalis agentis intentio, & finis, & ille solũ attẽdi debet expresso modo, vel denominatione actus, *l. hoc modo, vbi Barb. de leg. 1. Bal. in l. de quibus nu. 14. de legibus*, quẽ pulchrè loqutum fuisse asserit, *Decianus cons. 5. num. 20. vol. 2. l. cum pater, §. donationis, vbi glos. & Bar. de leg. 2. l. 2. C. commun. de leg. Aimon* latè *cons. 20. num. 5.* quem laudat *Rim. Iun. cons. 487. num. 4.* & infra latius.

35 His suppositis argumentamur, sic intentũ, & propositũ Regis Petri, in hac incorporatione fuit, vt hæc loca in commutabiliter, & indisolubili nexu vnirentur, & incorporarentur Regiæ Coronæ, & vt nullo iure ab ea separarẽtur, & vt nec in filios possent alienari, sed perpetuo Regio patrimonio vnita permanerent, & vt quicumque omni tempore fuerit Rex Aragonum; & nullus alius sit Dominus dictarum Villarum, & si aliquo tempore qer ipsum, vel per successores suos alienarentur, scienter, vel ignoranter, talis alienatio ipso facto esset nulla irrita, & innanis, tanquam facta contra ius, & legem pactionatam, & proprium iuramentum, & vt per aliquem ex Regibus, per quascumque alienationes non posset successoribus in Regia Corona præiudicarij, pro vt hæc, & alia expresissime apparent, scripta in prædicta incorporatione, sed hoc Regis propositum, & intentum consequi non potuit, nisi inducto, præscripto fideicommisso graduali, & succesiuo in his bonis, inter omnes, qui in futurum forent Reges Aragonum; ergo in necessariam con sequentiam, dicendum erit Regem Petrum, expresissime voluisse instituere maioratum in his locis, in fauorem omnium successorum in Regia Corona, ita vt titulo diuerso, ab vniuersali succesionis Regni, hæc bona devenirent perpetuo, de Rege in Regem, Regni futurum succesiorem, ex noua vocatione, & iure nouo in cuiuslibet successoris persona creato, cui per aliquem ex prędecessoribus, per alienationes quoscumque, expressas vel taci-

tacitas præſcribi faciendo, preiudicari nō poſſet, ſic enim fierit, vt formato nouo, in cuiuslibet ſucceſſoris perſonā hæc loca, tanquam ex cauſa fideicommiſsi, reſtitutio in ſubiecta, ſemper in Corona Regia, & prorſus inaliena bilia permaneant, quod fuit prædictæ incorporationis intentum, & propoſitum principale.

36 Argumentum, hoc fortiſsimū eſt, nam nihil pro prius per hoc perpetuitatis, ex permanentiæ enixum deſi derium ſignificari videtur, quā ipſa maioratus derectio, & inſtitutio, per quam omnis hæc perpetuitatis conſequi ſolum poteſt, vt latè probat *Molin. de primog. lib.1. cap.1. & 3. & cap.4. num.13.* Vnde, quando in vim fideicommiſsi perpetui ſucceditur renuntiatio prædeceſſoris, vel perſcriptio contra illum decurſa ſucceſſori inpræiudicat, quia quilibet ex vocatis ex propria venit perſona, vt notant *Bal. Paul. Alex. ex deciſ. in l. pactum n.18. C. de collation. & eſt tex, in l. pater filium* ſecundum communem intellectum *de in offic. teſtam,* & in quolibet novo Domino eo vivente durabile creatur, non deſpendens a dominio prædeceſſorum, *vt prob. l. ſi ſeruus communis de ſtipul. ſeruor.* quā ponderat *Paulus, conſ.164. num.4. lib.2. & in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui de leg.2. Bal. conſ.121. vol.3. Iſern. in cap. vnic. §. præterea num.38. de prohib. feu. alie. per Federic. & in cap. vnic. §. hoc quoque de ſucceſ. feu. Pariſ. conſ. 23. lib. Bolan. conſ.2. num.108. lib.1. Molin. de primog. lib.1. cap.1. num. 17. & cap.4. num.15. & cap.8. num.1. & lib. 4. cap. 10. Mieres 3. par. q.9. num.8.* Adeo, vt hoc ius fideicōmiſsi tolli non poſsit præſcriptione, etiam longiſsima quinimo, nec millenaria, quia ſecundum naturam eſt, vt non natis, vel agere non valentibus nulla currat præſcriptio, vt latiſsimè innumeros congerens firmat *Pereg. de fidei com. ar.41. num.16. & 19. & de iure Fiſci, lib.6. tit. fin. num.17.* & eleganter *Raud. vol.2. reſponſ. 1. num. 448.* maxime vbicumque conſtat de mente diſponentis, ſeu

con-

cōcedētis voluisse, quandocūq; nascituros admiti viam, tunc cessant iura,& auctoritates, quæ in cōtrariū allegari possent quia aliàs redderetur elussoria,cōcedentis volun tas,vt aduertit *Alba.cons.106.n.18.Petr. de fideicomiss. q.11.n.602.*

37 Item,qui vult cōsequēs voluisse,etiā videtur om ne necessariū antecedēs ad illud,ex late cōgestis per *Euerar.in loco à cōcessione consequentis*,vt ita fideicommissum perpetuū inducendum in similibus terminis arguit, *Bart.in l.centur.col.* 13. *verbo quæro vlterius de vulg. Dec.cons.48.n.4.& cons.637.n.8.Capra.cons.26.& cōs 251.n.6.vol.2.Goz.ad.cons.52.n.3.* & magis in terminis *Xuar.alleg.9.prope finē,& Belluga in specul.princ.rub. 13.n.46.* & quod enim curandū est, vt supra dicebamus de formalitate verborū,si talis substitutionum, & vocationum multiplex species ex expresis per necesse resultat;cum inde detegatur expresissimè,iuxta supra notata mens,& voluntas disponentis,quæ magis attendi debet, quam verborū concepcio,*l.fin.C.quæ res pign. l. in conuentionibus de ver.sign.l.ita stipulatus*, ibi: *Ex sententia contrahētium de verb.oblig.viam verba menti deseruire debent non mens,verbis cap. intelligentia de verb. sign.*ideoq;verba sunt semper intelligenda,secundū mentem concedentes,& iuxta respectum,& finem, quo prolata sunt,vt notat *decis.in cap.si pro debilitate de offic. de leg.Cranet.cons.3.n.12.& cons.9.n.20.& cons.34.n.26.* & pulchrius *Bal.cons.218.col.2.vol.3.*vbi inspiciamus inquit à quo sit sermo prolatus,& super quo,& ad quem finem,vnde à contrahentium fine,& mente,& ab eo quod principaliter agere intendunt cōtrahentes, vel disponentes regulatur actus,vel dispositio, & ei tribuitur nomen etiam diuersum ab eo,quod partes illi indiderunt,vt notat *Bar.in l.ambo.n.2.de donatio.& in l.1.n.7.de rer.per mut.Pinel.de rescin.2.p.rubr.n.1.Tiraq.de retract.lign. §.30.glos.1.nu.2. Raud.de analog. in indice, verbo finis*

Bal.

Bal.conf.105.n.1.vol.1. Aim.conf.113.n.14.& 243.nu.2. Alba.conf.52.n.7.Surd.conf.164.n.32.& conf.217. n.4. Cũ ergo fini,& proposito Regis incorporãtis,& eius verbis,nihil proprius cõueniat,quam dispositio,per quã hæc loca iure fideicommissi perpetui, in futuros successores in Regno deribentur,merito hæc,incorporatio, propriè appellanda erit perpetui fideicommissi, in his locis,erectio,& institutio à Rege Petro,facta in fauorem singulorum,qui in futurum erunt,Reges Aragonum.

38 Hanc interpretationẽ latius probant, verba illa præscripta incorporationis,ibi:*Sed quicumq; omni tempore fuerit Rex Aragonũ,& nullus alius sit Dominus dictarũ Villarũ,Aldearum,locorum,& Castrorum prædictorũ nam dictio,quicumq;* distribuit æqualiter, vnicuiq; actum insolidũ,vt notat *Barb.l.hoc articulo de hæred.instit.& in l.si pluribus de leg.2.in l.non distinguemus. §. cum in plures de arbitr.Curt.sen.conf.50.n.14.Curt.jun. conf.55.n.18.Alex.conf.30.n.7.præscripto B. Considero vol.1.& conf.17.n.17.vol.5.* vnde in vim huius dictionis perinde est,ac si Rex Petrus in quolibet, in perpetuum in Regno successore specificã,& indiuidualem vocationem constituerit,vt ita verificata verbi proprietate in formis, sit concedentis voluntas, prout etiam esse debet, *l. 1. C. de impub.l.fin.ad Trebel.* vt in proprijssimis terminis elegãter probat *Socin.vol.4.conf.16.n.36.*

39 Y aun es mucho de cõsiderar,q̃ en la Concordia, y Capitulaciõ,fecha entre el Serenissimo Rei D.Pedro, y la Villa de Sariñena,y sus Aldeas,sobre su desempeño a 24.de Enero de 1371.en los capitulos 16. y 20. en cuya execuciõ otorgò despues el Rei D.Pedro este priuilegio, se previno con particular cuidado,q̃ en los priuilegios de incorporacion,q̃ auia de cõceder,assi a la Villa de Sariñena,y sus Aldeas antiguas,como a los Lugares de Robres, Grañen,Agucro,y Pompien,huuiesse de añadir, vltra de la prohibicion de agenacion destos Lugares, fuera de la

Corona Real, otra clausula; es a saber, *antes qualquiere, que sea Rei de Aragon, sea señor de la dicha Villa, Aldeas, y Lugares*, teniẽdo esta clausula por denotable, eficacia, y virtud, para perpetuar la incorporaciõ; y cõ razõ, pues por ella tan claramẽte, se induce vn nueuo llamamiẽto, derecho, y titulo de posseer, y recobrar estos Lugares, en favor de qualquiere Rey, y successor en este Reyno.

40 En confirmacion desto, se ha de contraponer esta clausula à las precedentes, de la misma incorporacion, porq̃ parece, que se puso para mejor disposicion, execucion, y verificaciõ dellas. Dixerat enim Rex Petrus, de ita vnire, & incorporare ita Castra, & loca Regiæ Coronæ, vt perpetuo cum omnimoda integritate remaneant, & sint vnitæ incommutabiliter Coronæ Regiæ Aragonum, & vt nequaquam valeant, ab ipsa Corona Regia separari per diem horam videlicet, nec momentum, sicut nec potest membrum à suo corpore seggregari, Y porq̃ con solas estas palabras podia (aunque dificultad) en si la incorporacion destos Lugares se hazia solo en favor de la dignidad Real, y persona intelectual del Rey, contra quam præscribi possunt, eaque vere regalia non sunt, possessione saltim immemoriali, vt latè distinguit ex novioribus Oliva *in vsat. Cathalo. alium, namque cap. 6. num.* 26. añade luego: *Sed quicũque omni tempore fuerit Rex Aragonum.* quasi vellit dicere Rex Petrus volo hanc vnionem, & incorporationem, quã concedo intelligi tantum non dignitati Regiæ intellectualiter sumptæ solum, quia non est satis securũ, sed etiam personæ organicæ, cuiuslibet Regis Aragonum, & ita quilibet, qui omni tempore fuerit Rex Aragonum; sit etiam Dominus horum locorum, qui sensus videtur, ita mirifice conuenire, literali huius priuilegij contexturæ, vt ampliori non indigeat comprobatione.

41 Item, omnem tollit difficultatem clausula illa salutaris in fine, prædictæ incorporationis adiecta, ibi: *Eis melioribus, & valioribus vijs modis, & formis, quibus*

H pos-

possit intelligi dici,& excogitari ad observantiam præmissorum,quibus verbis; Rex Petrus,satis mentē suam declaravit in favorem Villarum,& Aldearum,quarū intuitu præscriptū priuilegium concessum fuit,nā hæc verba admirabilis habent effectus,circa finem, quem intendimus. Primus est,vt disponens censeatur velle,& concessum disponatur eo efficatiori titulo,qui tribui,& cōsiderari possit,vt notāt *Ias.& Angel.in l.plane,§.si duobus n. 8. & 9.de leg.1.Dec.cons.14. n.4.& in pulchro casu Val. in l. quoties versic.quæro.cap. de hæred. instit. & Curt. jun. cons.169.n.6.*vbi notat dictam clausulā operari; vt ex eo titulo censeatur,datum, & concessum, per quem dispositioni difficilius,& minus posit derogari, vt latissimè prosequitur *Surd.cons.253.n.34.& cons.428.num.* 19.& in specie istam clausulam,cū sola alienationis prohibitione inducere vocationem succesivam, tenet *Soc.cons. 12.nu. 19.vol.*3.quod satis ad propositum aplicatur.

42 Secundus,& notabilis effectus est,vt si dubitetur in hac incorporatio,& vocatio fuerit facta,in favorē Regiæ Coronæ simpliciter,nempe in favorē personæ intellectualis Regis,an verò in fauorē personæ organicæ cuiuslibet Regis,vel an mixtim in favorē,vtriusque sit facienda interpretatio,in id,quod magis conuenit expeditioni,durationi,& irrevocabilitati actus qui geritur, vt in specie tenet *Ripa lib.1.resp.1.n.12.Boer.cons.*10.*n.*10.concurrit etiā iuramentum,quod fuit à Rege interpositum in præscripto incorporationis priuilegio,ad maiorē eius corroborationem,nam iuramētum etiā operatur,vt res, seu actus valeat eo,omni efficatiori,& validiori modo, quo potest, *l.cum pater,§.filius matrē,de lega.2. Bal.in l.1.nu.4. C. commodati.Gutierrez l.2.de iuram.confirm.cap.2.n.* 11. *Seraphin.priuil.*70.ex quibus omnibus incōuincibiliter deprehenditur,ex præscriptis verbis, huius incorporationis,desumendam esse interpretationem,fideicomissi perpetui,& nouam vocationem,novumque ius, & dominiū,

in quolibet Rege Regni futuro successore; cũ hoc sit vtilius, tàm cõservationi patrimonij Regi, quàm præscriptæ Villæ, & Aldeis incorporatis, tàm antiquis, quàm novis, quarũ omniũ favorẽ, prescriptũ priuilegiũ cõcessum fuit.

43 Item mens, & intentio disponentis, præsumitur esse talis, vt nullum verbũ dispositionis sit, superflũ, ex recepto *dict. Bald. in rub. de contrah. empt. n.* 9. Y esto procede en qualesquiere disposiciones, aunq̃ sean odiosas, estrechas, y penales, vt latè probãt *Aimon cons.* 135. *n.* 24. *Menoch. cons.* 1. *n.* 76. *Mantic. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 6. maxime in dispositionibus legalibus, vt notat *Bal. in l. maximũ vitiũ, cap. de liber. prate. n.* 7. *Alciat. cons.* 3. *n.* 1. *lib.* 4 Sed tanta geminatio verborũ clausularum, & orationũ denotantiũ perpetuitatẽ, quæ reperiantur in hac concessione hominis, & Legislatoris esset inutilis, & superflua esset, & sine effectu aliquid operãdi, nisi interpretaremur adiecta fuisse, hæc omnia ad inducendum, prescriptũ fideicommissũ graduale, & perpetuũ, vt patet ad sẽsum, & ex supradictis; ergo in necessariam consequentiã fatendũ erit fuisse inductũ hoc fideicommissum, quæ argumẽtandi ratio, fortius militat in hoc Regno, extante observantia, quæ iubet stari chartæ, nam sicut hæc obseruantia tollit extensionem ad alium casum, in charta non scriptum, cui verba repugnant, vel deficiunt, *iuxta dict. Bald. in l. pretibus, C. de impub.* vt latè declarat *Plebanus in scholis ad Molinum verbo fori num.* 17. *cum sequent.* ita similiter reijcit interpretationem restrictiuam, nam vt dicebat *Bald. cons.* 371. *lib.* 5. omnis interpretatio restrictiua est, cõtra litteralẽ sermonẽ, quod exprobant, *Aim. Alciat. Soc. & alij de quibus per Plebanũ, de consort. cap.* 5. *n. fin.* non enim minus repugnat verborũ proprietati restrictio, quã extensio imo ad extensionem defecit verbũ, at vero ad restrictionem repugnat verbũ, quod etiam agnouerunt, exteri in terminis nostræ obseruantiæ loquentes, nẽpe *Alcia. cons.* 96. *n.* 17. *Berol. cons.* 120. *n.* 9. *vol.* 2. *Rolan. cons.* 51. *n.* 12.

& seq.in 3.Menoch.cons.325.n.17.vol.4. & generaliter in similibus statutis admittunt, *Cephal.cons.40.n.50.Menoch.de adipis.rem.4.n.222.& seqq.* & relati à *Pont. vbi supr.* vnde in Aragonia inde finita æquipolet, vniuersali, *ex obs. Item si tres. tit. de prob. fac. cum charta, iuncto foro cum super, de fide instrum.* Et ita similiter restringere verbi generalē significationē ad vnum solum sensum, nō solum esset inducere superfluitatem, quia abundaré generalis, nota ad significandū sensum, qui poterat exprimi nostra specilia, iuxta supradictā, sed etiam esse facere contra chartam, nempe infringere, eius latitudinem, genus enim propriè cōprehendit, sua species, & verbū generis propriè stat, pro omnibus sui speciebus, teste *Barba. in cap. nam, & concupiscentiā 5. de constit. & Alciat.l.1.de verb.sig. n.4.& 5.Paul.de annalog.cap.16.* quare ad propositum cum tot, & generalia verba, & signa inducendæ perpetuæ vnionis horum locorū, cum corona Regia æqualiter, & vniformiter respiciāt perpetuitatē, tam per viam, seu speciem vnionis, cum dignitate Regia, seu per personam intellectualem, quam per viā vnionis, cum quolibet Rege constitueritis, in quolibet novam vocationem ad hæc loca, & ita hæc generalis tantorum, verborū prægnantium in determinatio æqualiter prædicetur, tàm de vna, quàm de altera incorporationis, seu vnionis specie, erit vtraque amplectenda, vt hæc latissimè verborū conceptio, & significatio verificetur in suo plenissimo sensu, ne aliàs sequatur tū superfluitas, quam notabilis restrictio, vtraque verborū proprietati litteræ foro, & obseruantiæ cōtraria

44 Ex his etiam cessat disputatio an fuerit principaliter cōtemplata Regia, solū dignitas in abstracto; an verò in cōcreto inducta noua, cuiuslibet in Regno successoris ad hæc bona vocatione, nā clarissimè ex dictis resultat, vtramq; personā, simul fuisset contemplatā, sumpta interpretatione perpetui fideicōmissi, in qualibet persona Regis, nō vti Rege, sed quia Rege, & quatenus Rex sit ad ho

rum locorũ dominiũ,& possessionem vocata,quasi qualitas Regis adimplementũ vocationis requiratur, iuxta tradita à *Beroio in cap. 1.de iure patro.n.8. Maria, Soc. jun.consf.72.n.30.vol.1.* Sicenim cessauitpræscriptio,&factũ prædecessoris,nõnoceuit successori,vt in feudo,quod defertur filio nõ vt hæredi,sed quia hæredi,factum patris non nocet filio,*ex Bald.in l.item videndũ,§.nunc videmus,& in 2.lect.de peti.hæred.& in l.qui se patris n.11. C.vnde lib.Ias.vol.3.cons.56.col.6.& vol.4.cõs.68. col. penult.n.17.Decius cons.185.n.4.& 5.Socin jun. vol.2. cons.112.n.8.Iul.Clar.lib.4.senten.verb.feudũ,q.42. & 43.*

45 Y aunq̃ se replicara,q̃ el inducir esta especie de fideicõmisso,seria desencorporar estos Lugares de la dignidad Real,y passarlos en las personas organicas;y por cõsiguiente hazerlo lo contrario,de lo q̃ pretendia, por el priuilegio,q̃ era incorporarlos en la dignidad Real, facilissime tamẽ diluitur hoc obiectũ magis subtile, quã con cludẽs,quia cum possimus,& debeamus interpretari, & sumere verba,huius incorporationis in sensu vtiliori, & fauorabiliori ad præscriptã perpetuã vnionem consequẽdam,vt voluit,& iussit Rex,& generalis Curia cõfirmans merito summere possumus, & debemus interpretationẽ hãc per quã vtilius,&fauorabiliusest vtraq;persona insuo sẽsu casu,& respectu intelligatur cõtẽplata, nẽpe persona intellectualis Regis,eo respectu,vt hæc bona nõ possideãtur nisi ab eo qui fuerit Rex Aragoniæ,vt ita semper existant in Corona Regia,persona verò organica, nẽpe quilibet Rex,eo respectu,vt in quolibet Rege crehetur,& inducatur,novũ ius,nova vocatio,novũ dominiũ, non dependens a iure,vel titulo prædecessorũ,& ita verificãtur, in suo plenu sensu verba incorporationis,& sequitur finis & intẽtio Regis,& Curiæ hoc priuilegiũ concedentium.

46 Si hæc interpretatio,confirmatur per argumentũ à præsumpta prudẽtia,siue a prudẽti consilio concedẽ

tis.

tis,quo argumēti genere,pafsim vtātur confulti, ad interpretationē,feu executionē difpofitionis, plures fenfus habētis,*vt Cebola in l.Lutius in fine,verbo prudens,consiliū de hæred.instit.& Iulianus in l.Salvius, Aristot. de legat.præstan.Bal.conf.40.col.2.verb.Itē in materia successionū lib.3.Raud.resp.35.n.96.vol.1.*cū autē iuxta fupradicta vtilius,& fortius fit ad perpetuādū incorporationis effectū,fummere eam interpretationē; vt dicamus vtramq; perfonā,tam intellectualem,quàm organicā fuiffe contemplatā,merito prudens hoc confiliū pro Rege,& Curia,& pro maiori cōcefsionis ab eis facta fauore fummendum erit,nam aliàs in impudentiæ, notā incidiffent Rex,& Curia,fi ita non fenfiffent,quia dignitatis Regiæ fola cōtemplatio forte,non erat futurū eficax,mediū ad indifolubilem,& incomutabilē,quàm voluerunt vnionē inducendā,cum foleat duci contra Regiā dignitatem, quod numquam moritur poffet præfcribi, vt notat *Bar. in.l.omnibus de diuers.& tempor.præscriptio.& in bonis Ecclesiæ Romana,*tradit *Bal.in l.2.C.de seruit.& aqua,* & idem in bonis cuiufcumque Ecclefiæ *format speculator de instrum.æditio,*§.*nunc autē prope finē,* & in bonis Regiæ Coronæ tenent *Legistæ in l.fin. C.de successor. Ecclesijs,& Canonistæ in cap.cū nobis de præscriptionibus;Couarr.in reg.possessor.2,par.*§.*2.n.7.*vnde aut debemus redarguere Regē,& Curiam de imprudētia,aut dicēdum eft vtramque perfonā intellectualem , & organicam Regis.& ficut illud non eft ferendū,ita,& hoc non eft refpuendum,iuxta præcedentēRegis,& Curiæ confiderationē,non enim eft credibile,Regem qui ita ennixæ defiderauit cōficere,perpetuam,& indiuidualē horum locorum, cū Regia Corona incorporationem,cū poffet,iuxta hunc fenfum explere fuum defiderium elegiffe viam,vel fēfum per quem fua difpofitio,& ennixa voluntas elidi aliquando poffet,*argum.l.3.de testam.milit.*& fatis ad propofitū expendit *Lancel.Gall.cons.64.n.22.& seq.*

47 Quinimo hæc interpretatio,non tantum est probabilis,sed necessaria,tàm in viam iuris,quàm in viam fori,de iure,quia vbi verba similia cadunt,super re ordinata,ad perpetuitatē,non consideratur dignitas intellectualis in abstracto distincta,ab organica,sed mutuo, & reciproco coniungūtur ad mayorē actus, qui geritur validitatē,exemplum aptissimum est,in primogenitura,quæ est dignitas,vt inquit *glos.in cap.quā periculosum 7. q.1.vbi Archid. & Dominic. Bal. in lege cū in antiquioribus n. 11. C.de iure delib.*idem *in l. ex hoc iure col.2. in fine de iust. & iur. Barba.col.6.in cap.cū olim de consuet.Iass.in l.his potest n.38.de acq.hæred. Paris.cons.72.n.69.lib.4.* & nunquā moritur,quia in infinitū procedit,*vt in C.grādi de suple.negli. Præla.lib.6. & in cap.licet de voto, Molin.lib.1.cap.5.n.20. &* tandē,quia dicitur successioni ordinatæ ad perpetuitatem,ideo cōsideratur semper coniuncta personæ organicę cuiuslibet primogeniti,ita vt quilibet primogenitus, ex sua persona, & ex suo proprio iure succedat, vt declarat *Baldus cons. 164. num. 19. & 20. lib. 2. Xuar. in l. quoniam in prioribus, C. de in offic.testam.super lege fin.8.q.n.6. Tiraq.de primogen.q. 40.n.108.cum sequent.*& latè *Molin.lib.1.de primog.cap. 1.n.17.*ergo cū verba dignitatis Regiæ reperiantur in nostro casu adiecta,actui ordinato,ad immēsam perpetuitatē,nō debet cēseri contēplata in abstracto,sed cōiunctim cum persona organica cuiuslibet in Regno successoris.

48 De foro clarius procedit eadem interpretatio, quia vocatio Regū æqualiter,& vniformiter respicit dignitatē Regiam in abstracto,sicut in cōcreto,vnde restringere vocationem Regū,ad Regē,intellectualiter cōsideratum,esset contra chartā, sicut restrictio generis ad vnam speciē,vt supra dicebamus; ergo in Aragonia, in vocatione Regū non est admittēda,separatio personæ intellectualis a persona organica cuiuslibet Regis, & patet clarius,

quia

quia eodē modo conseruantur bona aliqua in Corona Regia, quando deferuntur Ferdinando Carolo, & Philippo, & reliquis suo tēpore cuilibet, quia Rex est, & quādiu est Rex, sicut si absolutè, & simpliciter deferentur Regibus interim, dū contra dignitatē Regiam, nō fuisset praescriptū, ergo nō poterit restringi, nisi violata verbi propria significatione, vocatio Regū ad dignitatē Regis intellectualiter sumptā, sed potius erit summenda, in suo plenissimo significatu, ita vt contemplata vtraque persona, vna alteri reciproce mutuet. Quod habet vtilius exēplū, est in iure patronatus mixto, in quo qualitas Ecclesiastica mutuat patrono laico, tēpus sex mensium ad praesentandum, cum ex se hoc ius non haberet, nisi quadrimeste, & è conuerso qualitas saecularis mutuat Ecclesiastico, vt ad eius derogationē specialis mentio requiratur, quae alias non esset necessario contemplato Ecclesiastico de per se, vt latè ex pluribus considerat, *Borg. p. 3. decis. 11. n. 106.*

49 Confirmantur omnia supradicta, ex prohibitione perpetua alienandi, haec loca, extra Coronā Regiam proposita, in hac incorporatione omnibus, qui pro tēpore fuerint Reges Aragonū, nam prohibitioni perpetuae necessario respondet vocatio perpetua prohibitorū, quia cōservari non posset prohibitio perpetua, non data vocatione perpetua, sicut nō possunt grauari, qui nō honorantur ad *Bart. in l. centurio n. 37. de vulg.* vt eleganter ponderat *Socinus cons. 249. n. 16. & cons. 250. n. 3. vol. 2. Corn. cōs. 59. vol. 2* qui ex sola adiectione, perpetuae prohibitionis de nō alienando, consulunt inductum fuisse fideicomissū ad illud, vt ita arguunt in simili *Decius cons. 481. n. 4. & cons. 637. Cephal. cons. 134. n. 31. lib. 1. & cons. 137. n. 38.*

50 Item, si per verba illa, quia volo, vel mens mea est, vt bona mea remaneant semper in familia mea, vel in domo, aut ea facta, aut in proximiorē, vel in filios, & descendentes in perpetuum, vel per aequipolētia, etiam probata causative ampliatur dispositio, & resultat inde purum, &

sim-

simplex fideicommissum,ita vt vnus alteri in infinitũ resti tuere bona teneatur,vt notant *Bar. Aret. & alij in l. qui Romæ,§.coheredes de verbor. obligat. Mol. lib.1.cap.5. n. 16. Cephal. cons.134.n.37. Borg.3.par.decis.16.n.4. Petra de fideicom. quæst.5.n.43. & 44.* vbi dicit veriorẽ hanc,& magis cõmunem dicit *Burg. de Paz cõs.44.n.10.* addens vt sufficiat, hæc verba enunciatiue proferri, ergo multo fortius in præsenti eadẽ, vel æquipolentia verba debent, eundẽ effectum operari,cũ non solũ enunciatiue,vel causatiue,sed & dispositiue,& geminatis vicibus vocẽtur,Reges Aragonũ,ad heæ loca,per verba significãtia,& requirẽtia perpetuã mansionem, & conseruationem horũ bonorũ,in Corona Regia. A deo vt vix fingi, & excogitari possint vtiliora,& fauorabiliora verba,ad demonstrationẽ huius ennixie voluntatis,nec dari potest ratio differẽtiæ,in hac cõcessione,cur hæc verba non debeant operari, eundẽ effectũ, quem in alijs maioratibus inferioribus operarentur,cum ab vnis ad alios maiores maioratus, & concessiones validum sit argumentum,vt testatur *Mieres in 4.par.q.1.n.58. & 61.*

51 Quod argumentum,videtur in Aragonia fortissimũ,quia standum est chartæ,& iudicare secundũ,quod in ea continetur,*obs. Item Iudex de fide instrum.* contineri autem in charta dicitur,non solum,id omne, quod verbi significatio comprehendit propriè,sed etiam quod impropriè,& improprisimè,vt probatur *in l. proximi de verb. sign. iuncta l.1.§.proximus,ff. vnde cognati, Aretin. DD in l. Gallus,§.instituens de liber. & posthum. Tiraq. de retract. lign.§.1.glos.9.n.227.* maxime si materia subiecta hoc suadeat, vel coniecturæ in idem concurrãt, vt post *Alexan. cons.139.n.5.vol 6. Molin. de primog. cap.8.n.5.* vnde sto,quod esset in proprisima,hæc fideicõmissi perpetui significatio,quam ex prædictis huius incorporationis,verbis elicere contendimus; nihilominus cum contineatur in charta,licet in proprisimé,erit proculdubio se-

quen-

quenda, maximè cū materiā subiecta Regij patrimonij, favor hominū horum locorum, merita, & servitia Regiæ Coronæ, ita laudabiliter impensa Regis, etiam enixū desiderium tantæ perpetuitatis geminatio, multiplex clausularū prægnantium, conceptio ad omnē, hanc fideicommissi perpetui inductionē, & ampliationē inducat, & suadeāt; quia est etiam hęc materia coniecturalis, vt per *DD. in cap. cū in officijs de testam. & in cap. quoniam Abbas de offic. delega.* & hæ sufficiant, quoad primū argumentum.

52 Præterea, tota hæc disputatio reducitur ad terminos faciliores, si consideremus priuilegiū, hoc non solum tanquā concessionē, & indultum Principis, sed tanquam dispositionem ad providentiā, legis, & fori, sicut dictum est, in initio huius articuli, quia per confirmationem superioris concessio, dicitur esse confirmantis, *l. 1. § sed neque, C. de veter. iur.* enucle vnde cū hoc priuilegiū, fuerit confirmatum à Curia, quę cū Rege, simul est superior, Rege ipso sine Curia, ideo hoc priuilegium dici debet cōcessio, seu actus Curię, iuxta notata vbi supra, in quo sensu non erit necessarium recurrere, ad inducēdum fideicomissum in favorē Regnum, qui pro tempore erunt Aragoniæ, ad finem conservādi, hæc loca in Regio patrimonio, quia lex ipsa, nempe actus Curiæ, pro quod haberi debet hoc priuilegiū plenissimum, huius rei securitatem constituit, adijciens in prędicta incorporatione, quam plurima, & efficacissima verba impedientia, omnem alienationis speciem, vbi nec cuiusuis alterius generis alienationis, quocumque modo possit dici, vel exprimi, & ibi: *Et sicut membrū notabile ab ipsa Corona, & Regno, tanquam à suo corpore, nequaquam valeat, separari, per diem, horam videlicet, nec momentum, &c.* & ibi: *Et si per nos vel alios successores nostros, &c.* vbi adest plenissimum decretum irritans inficiens, & resolvens omne ius titulum, & causam cuiuslibet alius in contrarium subsequuti, vel subsequendi.

53 Ex quibus omnibus videtur resultare indisolubilis

lis vnio, horum locorum in Corona Regia, & statui irrevocabili ius recuperandi, & reducendi, hæc loca, ad Regium patrimonium, & quia hoc videtur, etiam marmoreum fundamentum, pro eius clariori inductione præsuponendum esse Regem, & Curiam pœnes, quos est legis condendæ potestas, vt supra præmisimus potuisse suo hoc priuilegio reddere, hæc bona in prescriptibilia, præscriptio enim, cum sit introducta, iure ciuili potest lege positiva tolli, vt manifestè probat *Cur. jun. cons. 174. num. 15. vol. 2. ver. enim vnde mirum non est*, si Rex, & Curia, qui sunt lex viua posit vnum effectum legis mortuæ abrogare, idest præscriptionem, vt pulchre cõsiderat *Alex. Raud. resp. 10. n. 17. vol. 2.* etiam si fuisset completa præscriptio, cum & posit lex, in iure quæsito præiudicare, vt firmavit *Bar. in l. Antiochensium de priuil. credit.* cuius dictum refert, & sequitur *Gozad. cons. 5. nu. 21. &* *Decius* qui dicit notabile, *in cap. ex part. 2. n. 39. de offic. delega. in cap. quæ in Ecclesiarum nu.* 101. *de constit. Natta cons. 11. n. 9. & 10.* ex multo fortius potuit futura præscriptio improbari, vt notant *DD. in cap. 2. de probation. vbi Feli. n.* 11. licet sit immemorialis, *vt ex Roch. de Curt*, refert *Valas. de iure emphi. quæst. 8. n. 36.* in quam consonantiam extant multi casus, in quibus de foro obseruantia, & consuetudine Regni, omnis excluditur, & remouetur præscriptio, vt contra priuilegium, *in for. vnic. in fin. tit. Actus Curiæ, super redditibus regalibus, Molin. verbo priuilegium, fol. 262. col. 2. in fine, vbi Plebanus nu.* 10. & contra disposita *in for.* 1. *&* 3. *de conseruando patrimon. vel contra pactum de retrouendendo*, vt est notissimum, quinimo licet in terminis iuris sit controuersum, an ex pacto posit renuntiarij pręscriptioni, vt præter relatos à *Plebano verbo instrumentum n.* 110. disputat latè *Menchac. controuers. illustr. lib. 2. cap. 89. n. 50. & de succes. crea. lib. 10. §. 10. à n. 6.* in Aragonia tamen est receptissimum, per pactum posse renuntiari præscriptioni, quia stan-

ſtandum eſt chartæ, vbi nõ continet aliquod impoſsibile, vel cõtra ius naturæ, & quia ex conuentione agentiũ legem debet accipere contractus, vel diſpoſitio, qua ratione moti non deficiunt multi, qui in terminis iuris admittant, facto poſſe renuntiari præſcriptioni, vt tenet *Dinus in l. nemo poteſt delega.* 1. cum quo communiter tranſeũt *DD. ſecundum Bald. ibi col. 2. poſt med. Crot. n. 107, Gutierr. n. 468. Alciat. in rubr. de præſcriptio. n.* 60. & hanc partem ſequitur *Soci. conſ.* 86, *vol.* 1. *n. fin.* & aſſerit communem *Barba. conſ.* 22. *col. fin. vol.* 4. quod, & vt infra latius diſputauimus, ſuppoſita igitur hac poteſtate, videndũ eſt, de volũtate, an nempe Rex, & Curia in vim huius priuilegij voluerint reddere hæc bona in præſcriptibilia, & in ſeparabilia à Corona Regia primo, ex illis verbis, ibi: *Nunquã ſeparauimus diuidemus, &c*, & ibi, nec cuiuſuis alterius generis alienationis, quocumq; modo poſsit diſci, vel exprimi ad imperpetuũ, vel ad tẽpus quacumq; de cauſa, per quæ omnia verba, ſine dubio ſublata eſt preſcriptio. Primo, quia prohibita alienatione, prohibitus eſt omnis actus, per quẽ alteri ius quæritur. *ex Bald. in l. fin. C. de reb. alien. Rebano de reb. Eccleſ. q.* 2. *cap*, 6. *n.* 4. ſed præſcriptio eſt modus, quo mediãte alteri ius quæritur, *l. traditionibus de pact. Reba. vbi ſupr. q.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. *Suar. in theſaur. recep. verb. alienationis, Rebuf. in compend de alien. rer. Eccleſ. in princ.* 41. Secundo, quia vbi præſcriptio eſt translatiua dominij, qualis allegabitur fuiſſe, ea quæ contra Regiam Coronã, in ſpecie propoſitã interuenit, tũnc ſine dubio talis præſcriptio per prohibitionem alienationis cenſetur, etiã prohibita, vt probat *Redoa vbi ſupr. q.* 2. *cap.* 3. *n.* 1. *Zaſ. conſ.* 15. *n.* 11. *vol.* 2. *& n.* 25. *Petra de fideicom. q.* 11. *n.* 598.

54 Secundo, & principaliter hoc idem infertur, in vim illius clauſulæ, *& ſi per nos, vel ſucceſſores noſtros, &c.* per quæ verba inducitur decretũ, irritans impediens translationẽ dominij, & inficiens omnem poſſeſsionẽ in

cõtrarium subsequutam, vt ex pluribus latissime probat *Borgn.2.p.decis.27.n.50.* addens decretũ irritans tollere remediũ restitutorium spoliato, & reddere actũ ipso iure nullũ, etiam si fuerit iuramẽto confirmatum, vnde tollit etiã omnem præscriptionem, in contrariũ subsequutã, & sufficeret possessionẽ, cũ sine ea prescriptio nõ procedat, vt ita arguit *Curt.jun.* in eisdẽ terminis, *d. cõs.174. n.15.*

55 Sed an fuerit, per hæc verba sublata, præscriptio etiã immemorialis, in qua forsam aduersa pars faciet maius fundamentũ, videtur requirere aliqualem disputationem, quare constituimus, per hæc verba prohibitam esse immemorialem, quod probatur ex sequentibus.

56 Primo, quia verba prędictæ incorporationis sunt ita prægnantia vniuersalia, & generalia, vt excludant omnes alienationis, & cõsequenter præscriptionis species, sine aliqua distinctione, quia vbi lex nõ distinguit, nec nos distinguere debemus, vt ita in eisdẽ terminis arguit *Zasi. cons.15.n.9.vol.2.* & fortius in Aragonia, *argum. obs. Itẽ donatio, la segunda de donatio.* provt solet communiter ponderari, quia cum standũ sit chartæ erit consequenter standum omni interpretationi, & significationi, quæ ex charta deduci potest. Y assi en Aragon, no se deue admitir la distincion de materia fauorable, ò odiosa, para apurar en q̃ casos, verbum quod potest accipi in genere, & in specie debeat stari, magis in specie, quam in genere, de qua materia disputant in terminis iuris, multi relati per *Raud de annalog.cap.* 8. porq̃ si la palabra *genericè*, ex sui proprietate, omnes species cõprehendit, restrictio per quam ad vnam speciẽ tantum coarctatur, eri contra litteralem sermonem, & consequenter non erit admittenda in Regno, vbi iudex debet iudicare, secundum litteralem sermonem: Y assi pues por las palabras de la incorporacion, està quitado todo genero de alienacion; y por consiguiente todo genero de prescripcion, y assi la inmemorial, pues se comprehende propissimamente debaxo de genero de

pres-

prescripcion,como propria especie suya.

57 Secundo quia verba vniuersalia,& geminata tollentia omnẽ speciem,alienationis horum bonorũ, extra Regium patrimonium,qualia innumera reperiũtur,in hac incorporatione comprehendunt,ea omnia, quæ requirentur alijs indiuidualem,& specificam expresionem, *Ang. conf.174.hoc in l.quidam de reb.dub.n.6.Rol.conf.5.nu. 49.vol.*1.& optime *Aim.conf.294.n.9.* ex ratione quam ponderant.*Gozad.conf.1.n.37.Cepha.conf.744.n.12.*vnde,& si alias rescriptio immemorialis requireret specialẽ expresionem,ei satisfactum,videtur per geminationem verborum vniuersalium,quæ in specie proposita reperiũtur,maximè cum non solum sint affirmatiua,se etiam plura ex illis negativa,quæ in omni materia , etiam odiosa, omnia comprehendunt,ex latè congestis per *Crauet.cõs. 290.num.4.& cons.294.& ba,*vbi pulchre loquitur, *& Mandos.in addit.ad Roman.cons.31.* Y es comunissima conclusion,que las palabras vniuersales negatiuas , todo lo comprehenden,etiam casus priuilegiatos improprios specialem nota dignos,& eos qui in generali,vel in definito sermone,non comprehenderentur etiam in odiosis, & restringibilibus,ac denique nullam restrictionem patiuntur,*Calder.cons.1.de consang.& affin.vers.sed potest respanderi Aretin.in l.fin.col. fin. vers. tertio quæritur de constit.Cepha.con.451.n.47.Menoch,cons.223.n.45.Mãtua sing.428.cum alijs,*quę possent allegari , & intermi nis *Zas.dict.cons.15.n.21.*

58 Tertio,quia quotiescumque in aliqua dispositione promititur, vel ordinatur aliquid ad perpetuam obseruantiam non currit contra illam dispositionem; prescriptio etiam longissima , quia censetur renuntiatum præscriptioni, vt in terminis probat *Zas.dict. cons.15.nu.22. argum.tex.in l.q.81.nolit,§.si quis ita de ædil.edict. vbi Baldus in antiqua lectura,* sic summat illum textum,vbi in promissione apponitur verbum quandocumque , vel

ver-

verbum perpetuo,numquam currit præſcriptio, vt ponderat eleganter in noſtris terminis *Alex. Raud. vol. 2. reſp. 10. num. 17.* quia per hæc verba cenſetur renunciatum, exceptioni præſcriptionis, & obſervantiæ contrarie, ex titulo,ex antiquitate proueniente, vt indiuidualiter conſuluit,idem *Raud.reſp.33.nu.38.vol.2. Gutierr. in l.nemo poteſt num.368.delegat.1.Couar.lib.1. variar. cap.9. num.4. Parlad.lib.1.rer. quotid. cap.1.§.13. num. 43.& 44.*& pro cautela tradit *Cepola caut. 75.* & hanc opinionem conſulendo, & iudicando ſequandam eſſe, tradit innumeros referens *Lancel.Gall. conſ.60. n.19. & ſeqq.*quorũ opinio,ſine dubio ſequẽda eſt,quando verſamur in diſpoſitione legis,de cuius poteſtate, ad effectum prædictũ nõ dubitatur,nã tũc ſine dubio appoſitis verbis perpetuitatis, numquam currit pręſcriptio, vt advertit *Raud.d.conſ.10.n.17.*cum ergo in præſenti,in hac incorporatione legis, & hominis adſint, tot vniverſalia, verba inducentia perpetuam; & indiſolubilem vnionem, cũ Corona Regia, & negantia omnem ſpeciem, alienationis,horum locorum,extra Coronam Regiam, & tot verba irritantia omnem actum, qui in contrarium ſubſequeretur,& tandem nullum ſit, in hac diſpoſitione verbum,quod non ordinetur ad perpetuam, & indiſolubilem vnionem, conſequens erit,per hæc verba ſublatam fuiſſe præſcriptionem etiam immemorialem.

59 Quarto,ex quo decretum irritans inficit,omnem alienationem,& poſſeſsionem,in contrarium ſubſequutã ſuccedit,quod immemorialis non proſsit contra diſpoſitionem,huius incorporationis.Primo, quia immemorialis non prodeſt, quando adeſt incapacitas in præſcribenti,vt probat *Hip.de Marſil.ſing.8.Boer. deciſ.32. nu. 6. & 7.*quia ad omnem actum,requiritur,habilitas in agente,vt ponderat *Raud.vol.2.conſ.1. num.462.* Sed in vim decreti irritantis,in effectu inhabilitatur quilibet, & incapax redditur, ad adquirendam contra diſpoſitionem

le-

legis, ex his quæ tetigimus, supra de virtute decreti irritantis, ergo nulla poterit allegari præscriptio, contra ius, & providentiam huius incorporationis, *argum. text. in leg. vbi lex de vsucapi. Raud. dict. resp. 1. vel 2. num. 468.* & ponderant *Zas. vbi supr. num. 30.* aliàs autem, tot hæc verba repetita, & multiplicata otiosa remanerent, & sine virtute aliquid operandi; cum tamen ita exuberantia sint, vt non possint ampliora verba fingi, vel excogitari ad denotandam infinitam perpetuitatem; & ad tollendum, & irritandum omnem actum, qui in contrarium subsequeretur, quare concurrente hæc notissima potestate, ac voluntate legis remanet, omni tempore reservatum, ius reducendi hæc loca, ad Regium patrimonium.

60 Ex his, colligitur singularis differentia inter hanc causam, & illam hominum Villæ, & terræ de Ariza; nam licet in illa homines de Ariza, fundarent suam intentionem, in priuilegio incorporationis illius terræ, cum Regia Corona, concessio die octaua Ianuarij, anni 1361. Et contēderent, in vim prædictæ incorporationis; vocatos fuisse Reges Aragonum, qui in perpetuum futuri essent, per purum, & simplex fideicommissum, vel saltim in vim contraventionis, nempe alienationis, extra primogenitum, vocatum fuisse, quemlibet Regis futurum primogenitum, in quem solum permitebatur, iuxta tenorem incorporationis alienatio, nihilominus omnia hæc infringi videbantur, per noviorem illius terræ concessionem in liberum, & francum alodium, factam in favorem Guillermi de Palafox, per Regem Ioannem anno 1478. confirmatum, postea ab Invictissimo Imperatore Carolo anno 1519 & quod magis intererat corroboratam legis, & generalis Curiæ plenissima confirmatione, quę tantæ virtutis est, vt potuerit, tollere hominibus prædictę Villæ, & terræ de Ariza, omne ius, quod ei competebat in vim antiquæ incorporationis, concessæ per Regem Petrum, cum potuerit Rex, & Curia revocare prædictum

Regis Petri priuilegium, quamvis fuisset præscriptionē præmunitum, vt expresè probat *Belluga in speculo Principum, rub. 9. à num. 24. vsque ad* 26. At verò incorporatio Regis Petri, cuius virtute homines, horum locorum ad libertatem proclamant, est confirmatum per generalē Curiam, vnde summam adquisiuit firmitatem, & fuit redditum irreuocabile, nisi interueniente contrario Regis, & curiæ descensu, vt supra in initio huius articuli tetigimus, & ita ad hæc, vsque tempora semper remansit, prout remanet, his locis saluum illæsum, & securum ius, quod competere eis ab initio cæpit, a die concessionis huius priuilegij, perinde, ac si non præcessisset alienatio horum locorum, extra Coronam Regiā, nec cucurrisset possessio, vel præscriptio aliqua, cum quilibet actus contrarius, prædicto priuilegio, fuerit per Regem, & Curiam infectus, & improbatus maxime in vim decreti irritantis, secundum eius naturam supra ponderatam.

61 Ex eisdem, etiam principijs deducitur facilis, respōsio ad obiectum præscriptionis, qua se prę munitam, & securam existimauit aduersa pars, nam si eam alleget, respondetur, primo, in vim prædictæ incorporationis fuisse per Regen, & Curiam sublatam, & exclusam omnem etiā immemorialem præscriptionem, qua quolibet tempore contenderetur, derogatum fuisse iuribus huius incorporationis, improbata omni possessione, quæ in contrarium subsequeretur, vt supra latè dicimus.

62 Secundo respōdetur, non posse allegari immemorialem, quia ex antiquijs scripturis, constat de eius initio, vt ita ad exclusionem immemorialis, notat *Franc. Marcus q. 234.* & probat *l. si arbiter de probation.* & pulchre *Raud. cons. 1. n. 472.* post *Pau. Io. Andr. Caue. Balb.* & alios, quos ibi allegat, apparet namq; instrumentū venditionis horum locorū, factæ per Regem Petrum, & Villam de Sariñena, & eius Aldeas antiquas, in fauorem Michaelis de Gurrea, infimo profecto pretio, confectum die 29. No-

Nouembris, anno 1381. cuius virtute ipse emptor, & omnes in eius iure successores, vsque ad hęc quoque tempore, his locis fruuntur.

63 Circa hanc venditionem, vt fortius diluamus omnem speciem præscriptionis, seu possessionis, in vim huius tituli subsequutæ, notandum est, eam fuisse nullam, inualidam, & reprobatam, & cõtra forum, seu actum Curiæ, & non potuisse tollere his locis, ius quod in vim præcedẽtis Regis, & Curiæ cõcessionis competebat. Primo, quia cum his locis competeret, hoc ius in vim concessionis Regis, & Curiæ, non potuit per Regem, sine Curia tolli, *ex vulg. reg. l. si vt proponis 2. C. de nupt. l. fin. ff. commun. prædio. gloss. l. cum proponeretur dele ga. 2.* & ex optima ratione *Bart. in l. 2. §. data n. 8. de optio. lega.* quam refert *Calici in Extrau. Curi. cap. 7. n. 45.* & supra iam in initio huius articuli prædiximus, & consequenter semper remansisse, his locis saluum, & illæsum ius suæ incorporationis.

64 Quinimo ex eadem ratione, subinfertur titulum huius venditionis, non potuisse constituere emptorem in bona fide, nec præstare causam colorem, aut occasionem præscribendi, quia cũ talis titulus fuisse, per Curiam generalẽ reprobatus, consequenter, emptor cõstitutus fuit in mala fide, cum sciret, vel scire deberet, ius quęsitum per Regis, & Curiæ generalis concessionem nõ posse per Regem, sine Curia tolli; nam ad hoc, vt quis dicatur constitũtus in mala fide, paria sunt scire, vel scire debere, *l. qui fũdum, §. seruus, ff. pro emptore, Felin. in cap. cum nobis n. 1. de præscrip. Osasc. decis. 101. n. 28.* & licet aliquando error iuris non impediat præscriptionem, hoc tamen procedit, quãdo error, sit obscurissimi non autem alias, vt ita distinguunt *Ant. de Imol. n. 20. in cap. cum dilectus de consuet. Abb. & Felin. in cap. de quarta n. 27. de præscrip. Couar. in cap. possessor. 2. p. §. 7. n. 9. de reg. iur. in 6. Padilla in l. constitutiones n. 16. C. de iur. & fac. ignor.* at in Aragonia nihil est magis certum, & notum, quam non posse Re-

gem

gem facere statuta, vel leges sine Curia, & legem vel actũ Curiæ, non posse per solum Regem abrogari, ergo errabat emptor in iure notissimo, si existimavit venditionem per Regẽ, & Villam de Sariñena posse iure subsistere contra Regis, & Curiæ expressam prohibitionem, quia etiam nõ potuit ignorare, cũ in eodẽ venditionis instrumento, expresè fuerint hæc omnia, quæ eius effectum impediebãt.

65 Resultat, ergo ex his titulum, huius venditionis esse nullum, & reprobatũ a foro, & ideo non potuisse constituere emptorem in bona fide, sed semper eum extitisse in mala fide, quibus adendum est, hanc eandem malam fidem militasse in omnibus successoribus, cum possiderent hæc loca contra expressam fori, nempe actus Curiæ prohibitionem, & consequenter non posse allegare longissimam, & immemorialem præscriptionẽ, quia neutra procedit cũ mala fide, cuius excepcio potest allegari semper, vsque ad millia millium annorum, vt inquit *Orlan. de Curte cons. 6. sub. n. 9. inter consilia Calcani. Crauet. cõs. 146. n. 2. Raud. vol. 2. resp. 33.* & quod in vasallis, & oppidis Regiæ Coronæ mala fides impediat præscriptionem, quamdiu purgata non fuerit, ex nouo titulo iure, vel causa, probat in terminis *Mencha. controuers. illust. lib. 2. cap. 80. n. 4.*

66 Nunc, ergo non erit attendenda, tota hæc immemorialis præscriptio, tãto tẽporis cursu corroborata, pro vt ponderauit aduersa pars, cũ ostendatur titulus vitiosus ex quo processit, quia vitiũ, & defectus, seu iuris, & fori repugnantia, quæ ab initio, & semper resistens huius possessioni inficit, & resoluit eam, & ita cautæ agitur quamvis non afferetur secure, & sine peccato in præsenti causa, vbi tractatur de immemoriali præscriptioni, non restringere eam ad certum titulum, nec aliàs inualidato, & improbato titulo, resoluatur ius, & effectus immemorialis, vt explicat erudité *Boer. p. 2. decis. 31. nu. 69. & 70.* diximus non posse securè in specie proposita, per aduersam

par-

partem omitti titulum huius venditionis,& immemoria-lem ſimpliciter allegari,quia conſtat in præſenti de initio & titulo à quo proceſsit poſſeſsio, nempe à dicta venditione,quo caſu,nec prodeſt ſine peccato ſimpliciter allegari,vt prudenter,& ſobrie aduertit *Auend. de exequen. 1.p.cap.12.in fin.*

67 Si quis obiecerit,quod communiter dici ſolet in hoc Regno,nõ attendi bonam,vel malam fidem reſpondentum eſt aliud eſſe requiri, quod bona fides poſsitiuè interueniat,aliud quod negatiue adſit mala fides, vt elegãter proſequitur *Mencha.contr.illuſt.lib.2.c.77. num. 11. verſ.Item bona fides*,vbi plura infert ad propoſitum,vnde ſimiliter dicendum eſt in Aragonia,non curari poſsitivè de bona fide,ſecus eſt ſi poſsitiuè conſtet de mala fide; nam tunc non poteſt procedere præſcriptio,etiam in Aragonia cũ ſit,contra omnem iuris diuini,& ſummam rationem,adeo,vt optimo iure dixerit *Paul. de Caſtr. in l. ſi quis n.6.de cond.inſtit.*non poſſe ſpecialiter per ſtatutũ fieri,vt quis præſcribat cum mala fide,quia eſſet hoc ſtatutum nutritium peccati,vnde cum prohibitio actus Curiæ,vigeat ſemper,&perpetuo improbaverit omnẽ actũ poſſeſsionis,vel præſcriptionis,quæ contra illius diſpoſitionem currit,ſemper emptor,horum locorum à tempore adeptæ poſſeſsionis,& omnes eius ad hęc quoque tempora in his locis ſucceſſores,cenſentur fuiſſe in mala fide, vel ſaltim eorum poſſeſsio,non potuit in aliquo diminuere ius,quod ex prædicta incorporatione ab eius conceſsione,& confirmatione competere cæpit,in fauorem horum locorum.Y aſsi,pues el Rey D.Pedro,y la Corte General del Reino pudieron incorporar perpetuamente eſtos Lugares en el patrimonio Real,y quitar todo genero de agenacion,y preſcripcion,que contra eſto ſe quiſieſſe introduzir,ò ſe introduxeſſe.Y aſsi miſmo , por las palabras de la incorporacion , ſi ſe han de verificar ſegun ſu propria ſignificacion,reſulta eſta perpetuacion, y vnion,

y exclusion de todo genero de agenacion, y prescriptiō, y parece que se reduce esta causa a terminos clarissimos, quia concurrente voluntate, & potestate legis in fauorem horum locorum, nihil amplius desiderari ab eis potest, ad præsentis causæ victoriam.

61 Vltimo considerandum est priuilegium, in Aragonia non tolli, nec derogari per contrariū vsum, vel abusum, ex speciali providentia fori vnici, *titulo actus Curiæ, super redditibus regalibus*, cuius verba, cum indefinite proferantur, indistinctè sunt intelligenda, ita vt neque a Rege, neque a tertio, possit contrario vsu, vel facto derogari fauori, ac iuri priuilegiati, cum enim in lege detur hæc omnis potestas, & verba sine manifesta violentia non possint ad solum Regem restringi, consequens erit, quoad Regem, & omnes, esse forum intelligendum, quinimo si ad Regem solum restringeretur, hic forus esset eius dispositio in hac parte inutilis, & superflua, quia ante forum erat certissimum per Regem, non posse derogari priuilegijs per se, vel prædecessores suos concessa subditis suis in vim iuramenti, quod in limine ingresus imperij præstiti, iuxta formam priuilegij generalis, in principio huius articuli ponderata, quare vt forus iste aliquid operetur, & decidat casum dubitabilem, *iuxta regul. l. quod labeo de carbon. edict.* est intelligendus vt iubeat non posse derogari priuilegijs, non solum per factū Regis, verum per factum tertij cuiuslibet priuati, cui interpretationi convenit receptissima traditio, quæ habet agenti ad probandam suā Infantioniam, seu nobilitatem, vbi probatur se descēdere ex casali, quod à tēpore immemoriali habitum, & reputatū est pro casali Infantionum, nō obstare cōtributiones patris, & avi quinimo, nec quod ipse exponens per tringinta, vel quadraginta annos contribuerit cū plebeis, neque per hanc possessionem præscribit contra eum Rex, vel vniuersitas ius servitutis, nā totum hoc procedit, & fundatur ea potissima ratione, quia

pro-

probata per tempus immemoriale exemptione casalis, vnde exponens originem ducit, eo ipso probatur priuilegiũ Infantioniæ seu nobilitatis cum autem priuilegiũ, nõ possit tolli per abusum, neque per contrariũ vsum inde provenit, non attẽdi ad derogationem nobilitatis prædictas, contributiones factas, tam Regi, quam vniuersitati, quam Domino loci, in quo habitabat infantio, quasi dato pro constanti contra priuilegium, nec posse prȩscribi per Regẽ, nec per vnivetsitatẽ, nec per quemlibet privatũ, quod maximè admittendũ est in Aragonia, ex quo regulariter Dominus Rex vtitur iura privati, vt asserit *Molinus in verbo libertates Regni. fol. 209. còl. 4. in princ. & verbo Rex fol. 296. col. 1. post med.* sicut, & apud *Gallos eorum Rex*, teste *Casaneo in rub. 2. in princ. num. 9. in consuetud. Burgun.*

69 Nunc ad propositum, cum hæc incorporatio sit, & appelletur priuilegiũ, & pro tali subscribatur, sequitur manifeste per abusum, vel per contrariũ vsum non potuisse eius; ius diminui a die, qua in Aragonia per Regem, & Curiã decretum, & inductum fuit, priuilegijs perpetuitatis, & irrevocabilitatis nẽpe ab anno 1461 in quo per Regem Ioannem Secundum, Calataiubij fuit æditus forus actus Curiȩ. Quare nunc inquirendũ erit, an ante æditionẽ huius fori præcesserit talis possessio Michaelis de Gurrea emptoris, & eius successorũ cõtra tenorem dicti priuilegij, quãta necessaria erat ad eius derogationẽ, quia si nõ fuit hoc medio tẽpore, plenè derogatũ priuilegiũ, non potuit post dictũ forũ compleri præscriptio, nec perfici ius emptoris, in derogationẽ priuilegij, & speciali prædicti fori prouidẽtia, ibi: *E que por los abusos, y cõtrarios vsos, q̃ de aqui adelante se faràn, no sia derogad à los priuilegios otorgados, ò otorgaderos por los Reyes de Aragon.*

70 El priuilegio de la incorporaciõ destos Lugares, se concedio en el año de 1372. pero no cõtrauino el Rey a este priuilegio, hasta el año de 1381, que contra tenor

dèl,

del, vẽdio estos Lugares a Miguel de Gurrea. Y assi desde entonces se ha de considerar, que se començo a posseer estos Lugares contra el derecho de su priuilegio, desde este año de 1381. hasta el de 1461. en que se dispuso, que los priuilegios no se pudiessen derogar por contrarios vsos; passaron ochenta años, y assi en rigor Miguel de Gurrea, comprador, y sus successores, no tienen possession contra este priuilegio, sino solo de ochenta años, y assi es de ver agora, si con esta possession se derogò, y prescriuiò entera, y cumplidamẽte contra el drecho de esse priuilegio. Pro cuius rei intelligentia notandũ est, regalia esse in duplici differentia alia sunt, quæ dicuntur reseruata Regi, in signum principalis recognitionis, quæ sunt in alienabilia, & in præscribilia contra Maiestatem Regiam, tenuerunt *Luc. de Peña, Benedit.* & alij quos sequitur *Couar. pract. c. 4. n. 1.* sicut est inseparabilis essentia rei à se ipsa, vt explicat *Bellug. cap. 22. n. 5.* de quibus non loquimur. Alia verò sunt regalia, quæ cõpetunt Regi, quia Rex est veluti bona Regiæ Coronæ, vt Salinæ, & alia, quæ sunt Principis, vt Principis, vel alia, quæ speciali priuilegio Principi cõceduntur, qualia dici poterũt etiam hæc loca, quæ in vim priuilegij prædicti reseruantur Regi possidenda, & fruenda, quia Rex est, & quandiu Rex fuerit, & contra hęc regalia omnes conueniunt octaginariã possessionem non sufficere, sed vel requiri contrariã, vel quod verius est immemorialem, & est hac communis opinio secundũ *Pyrrum in consuet. Aurel. de præscript. cap. 4.* prout cum refert *Villalob. in suoærario lit. P. n. 298. Couar. in reg. possessor. 2. p. in § 2. in vers. secunda rerum species,* & ex communi *Zas. cons. 16. lib. 2. n. 12. Auiles in c. prætor. cap. 1. n. 11. Valas. de iure emphit. q. 8. n. 36. & de iure Regni Castellæ, Azeb. lib. 1. n. 56. & 68. tit. 15. lib. 4. nou. Recopil.* ergo prędicta octogenaria possessio, non potuit derogare iuribus huius priuilegij.

71 Item, vbicumque iuris præsumptio est contra præscri-

tribente,requiritur præscriptio tanti temporis,cuius initij memoria non extet,vt latè probat *Osascus decis. 55. & 56.*sed huic possessioni, & præscriptioni obstabat præsumptio legis,& fori prohibentis alienationem horum locorum extra Regiam Coronam inficientis ; & irritantis omnem actum , qui in contrarium subsequeretur ; ergo non poterat hæc præsumptio,nisi per immemorialẽ purgari,quinimo vt supra dictum est,nec immemorialis sufficiebat,stante mala fide certa,& positiua, vt supra diximus;ergo de primo ad vltimũ infertur in vim possessionis,quæ allegatur,non fuisse derogatũ priuilegio dicta incorporationis,nã ab anno venditionis horum locorũ, extra Regium patrimonium,vsq;ad forum Regis IoannisSecundi solum considerari,posint octoaginta anni possessionis,quod tempus erat insufficiens ad præscriptionem; postea verò a die fori Regis Ioannis,nulla est allegabilis, & considerabilis possessio,ad derogationem huius priuilegij,vnde manifeste resultat , adhuc in vim priuilegi agi posse,ad eius plenum complementum,& executionem,& hæc quoad tertium articulum.

Quartus Articulus.

72 DIuiditur hic articulus in duas partes,in prima agemus,an Fisci Procurator sit admittendus,ad vindicationem horum locorum in secunda,an etiam hæc loca,& singuli eorum vicini sint etiam pars legitima ad implorandam hanc restitutionem,& reductionem.

73 Qoad primam partẽ,prima facie dicendam,videbatur Procuratorem Fisci non esse amittendum primo *per for. vnic. de iuram. vend.* nam cum Dominus Rex iuret seruare omnes venditiones , tàm à se,quam a prædecessoribus suis factas merito, quasi ex proprio contractu obligatus existit, quilibet Rex ad earum observantiam , & consequenter exclusus a iure eas impugnandi,

cum iuramentum operetur effectum contractus, *ad gloſ. in l. ſi duo, §. ſi quis iuraverit verbo teneri de iure iuran.* & multo minus admittendus veniet Regis procurator, quia in generali mandato, non cenſetur ei data poteſtas veniendi contra factum Regis, *l. ſi hominem, ff. mandati, nec agendi illud, per quod Rex argueretur de fide rupta, & Anch. cōſ. 366. & ſeq.* vt pōderat *Azor. conſ. 54. n. 6.*

74 Sed his, non obſtantibus dicimus Regium Fiſcū optimo iure, eſſe partem legitimam ad vindicanda, & reducēda hæc loca ad Regiam Coronam: Primo, quia ſi vera ſunt, quæ in præcedenti articulo reſolvimus, in vim huius priuilegij, fuit inducta noua vocatio, novūque ius in fauorem cuiuslibet, & omnium qui quocumque tempore fuerint Reges Aragoniæ, ita vt ex facto prædeceſſoris, nō potuerit ſucceſſori in aliquo præiudicari, nec diminui ius ei cōpetens, in vim dictæ incorporationis, ad inſtar iuris competentis, ex vocatione ad fideicommiſſum perpetuū graduale, & ſucceſivum; ergo alienatio Regis Petri, & poſſeſsio horum bonorum, extra Coronam Regiam, vſque ad hæc quoque tempora decurſa, non potuit tollere ius cuilibet Regi, antea competens ad auocandam ad ſe ſuamque Coronam hæc, loca.

75 Secundo, quia in vim actus Curiæ cōcedentis, & approbantis prædictā incorporationem, & in vim clauſularum in ea propoſitarū infringitur, & reſoluitur omnis actus poſſeſsionis præſcriptionis, vel translationis horum locorū, contra ius incorporationis, cum omnibus clauſulis decreti irritantis, & alijs, quæ deſiderari poſſunt ad amplisſimā impreſcriptibilitatis, & indiſolubilis vnionis ſpeciem inducendam, ad eo vt tàm poſſeſsio, & præſcriptio, quàm quilibet actus in contrariū ſubſequutus, perinde habeatur, ac ſi non præceſiſſet nā licet nullo iure facta, infecta fieri nequeant, *l. in bello, §. facta de captiuis*, poteſt tamē iuris fictione, & prouidētia fieri, vt quoad iuris effectum, perinde habeatur factum, ac ſi non præceſiſſet, ita

vt ex eo nulla oriatur obligatio,& actio; *l.non dubium, C.de legib.*vbi notat *Bart.& in l.si curatorē,C.de in integr.restit.*& habetur *in Trid.sess.24.cap.1.de reform.matrim verf.qui aliter licet*;ergo per forū fieri nequeat,vt non præcesserit de facto alienatio,& possessio horū locorum,contra tenorē huius incorporationis potuit, tamen legis authoritate tolli prædictę possessioni,& pręscriptioni omnis effectus,ita vt perinde habeatur,ac si non præcessisset, vt habemus similem dispositionē, *in for.2. in fine; de gener.priuil.Reg.Arag.for.1.& 3.de cōserua.patrim.* & alibi passim cū ergo hæc loca,iuncta supradicta alienari non potuerint in præiudiciū Regum,qui in Regno futuri erant successores,consequens erit,nec potuisse tolli,ius illa recuperādi, quia vbi bona alienari nō possunt,ita nec alienari potest ius agendi,ad illa *glos.& DD. in l.1. C.si aduers.transact. Bar.cons.50.& in l.1.§.fuit quæsitum ad Trebel.*

76 Vltimo,quia vt dictum est in 3.artic.octagenaria illa possessio horū locorum,extra Regium patrimonium, non fuit sufficiens ad tollendū ius,quod tàm Regi, quàm his locis cōpetebat in vim huius priuilegij,at verò possessio subsequuta,post forū anni 1461.in vim eiusdē fori improbatur, & inficitur reseruato iure priuilegij, ergo in vim pristinæ,& primordialis actionis hortæ,ex priuilegio agi poterit pro parte Domini Regis,ad eius obseruātiam.

77 Neque obstat iuramentum,a quolibet Rege pręstitum,*iuxta formam fori,& iuram.vend.*quia respondetur tripliciter primo iuramentum hoc referri solum ad venditiones validas, tum quia iuramentum sequitur naturam actus,cui adijcitur,*l fin.C.de non numer.pecu.Oldrad.cons.95.& 164.Dec.cons.536.*Itē,quia appellatione cōtractus,non venit invalidus,*l.4.§.condemnatū de re iud.vbi omnes:*Tertio,quia cōfirmatio,si ad valida referri potest,numquam trahitur ad invalida, *ex Hip.singul. 196.Alex.cons.59.vol.1.Iass.cons.12.n.fin.vol.3. Goza. cons.*

*conf.*62.maximè in cõfirmatione in forma cõmuni, qualis censetur in dubio omnis confirmatio,*ex Dec.in l.more de iurisd.omn.iud.n.*21.*Alex.n.*12.*Purp.n.*82.sed hoc iuramẽtum potest referri ad venditiones validas,& in eis verificari,ergo non debet referri ad inualidas, qualis fuit ista venditio.Quartus,& pulchrius,confirmatio venditionum,iuxta dispositionem huius fori debet fieri , ad instar confirmationis donationum , vt patet ex tenore eiusdem fori;sed in confirmatione donationum,verbum *donationes*,semper intelligitur de validis,vt notat *Bal.in l.si quãdo de leg.*1.nunquam enim confirmatio,inducit donationem,quam induceret,si inualida comprehenderet, vt notat *Abbas in cap.dudum de decim. Alex.*& *Ias.in l.quãquam,C.de testam.milit.* ergo, & confirmatio venditionum referri debet ad validas.

78 Vltimo,id probat priuilegium generale,ad quod dictus forus refertur,vbi cauetur Regẽ Petrũ,& eius successores teneri,iurare instrumenta donationum, & permutationũ Aragonum,& libertates vniuersas,quas Aragonẽses habẽt,& habere debens , ex quibus verbis colligitur, hanc priuilegiorum,confirmationem , non fuisse factam, ex certa scientia,cũ non fuerit facta,causa cognita,nec recognitis priuilegijs,vnde fuit confirmatio in forma communi,quæ propriè dicitur ea,quę fit , sub conditione expressa,vel virtualiter relata,ad iustum titulum,absq; causæ cognitione,*glos.fin.in c.quãquã, Abbas de offi.delega glos.in c.examinata,verb.sicut prohinde,*& *in cap.venerabilis,verb.sicut sine prauitate de con.vtil.* vnde verba illa (quæ vos *habere debetis*)stant nõ causaliter,idest quia *habere debetis*,sed cõditionaliter, id est, *si habere debetis*, quia confirmatio in forma communi non corroborat actum,aliàs inualidum,*cap.ex parte iuncta glos.verb. confirmatione de constit.cum vulga.*& cum hæc verba pariformiter determinent instrumenta donationum, sicut priuilegia,& cõsuetudines,in omnibus de validis erunt intel

li-

ligenda,nunc verò cum forus *de iuram.vendit.* vellit idē ius seruarj in venditionibus,quod in donationibus,sequitur validas,tantum venditiones censeri confirmatas,& ad eas dumtaxat iuramentum referri,sicut in simili probant *Innoc.in cap.dudum de decimis , Felin. in cap. qualiter primo n.16.de accusatio.& in cap.cum venissent n.2. de testib. Palac.Rub.in cap.per vestras,§.7.n.91.*

79 Secundo respōdetur,iuramentū posterius priori, iuramento cōtrarium,nullum esse,*cap.intellecto 35.de in re iur.* vbi communis *Soto de iust.& iur.lib.8.q.1. arti. 7.Couar.in cap.quamuis pactū de pact.in 6.1.p.§.5.nu.3. Roda de reb.Eccles.rub.de causa vtilit.q.3.de alien.non obst.iuram.* Nunc sic inquolibet Rege, in specie proposita concurrunt dua iura cōtraria,quæ iurare teneretur,vnū est priuilegiū incorporationis prædictæ,confirmatum per Curiam , secundum est venditio prædictorum locorum,in fauorem Michaelis de Gurrea facta à Rege Petro si ergo dicit aduersa pars,quēlibet Regē teneri iurare venditionē prædictā,in vim fori retorquetur , cōtra ea argumentū,nam etiam tenebitur iurare prædictum priuilegiū in hac igitur cōtrarietate,cū non possit subsistere iuramētū,respectu horū duorum iurium,seu extremorum, quia priuilegiū,& venditio sibi inuicē contrariantur , æquius ærit,vt referatur hoc iuramentum ad priuilegiū incorporationis.Primo,quia prius cōcessum fuit hoc priuilegiū, quam venditio,& ideo prius fuit quæsitum ius priuilegiatis ad obligandum Regem , vt iura priuilegij sui iuraret,& ideo præferendum erit venditioni , ex regula prior tempore potior iure.Secundo,quia priuilegium fuit validum,venditio autem invalida , vt supra ostendimus , & vbi iuramentum referri potest ad valida,non refertur ad invalida,vt dictum est.Tertio.quia hæc incorporatio , est priuilegium,vt nominatur, & inscribitur , est etiam contractus,quia propter merita, & intercedente pecunia cōcessum fuit,& in executionem prioris concordiæ , initæ

inter Regem, & Villam de Sariñena, die 24. Ianuarij 1371. & tandem est forus, & actus Curiæ cum fuerit per actum Curiæ confirmata, vnde ad iurandam hanc incorporationem, concurrunt tria vincula, nempe quia contractus, quia priuilegium, quia forus est, sed ad iurandam venditionem solum concurrit, vna ratio fori vnici *de iuram. vend.* ergo iuramentum cuiuslibet Regis, potius debet referri ad confirmationem prædictæ incorporationis, quam ad confirmationem venditionis contrariæ, quia duo vincula fortiora sunt vno, §. *affinitatis de nupt.* & quod est potentius vincit, id quod est minus potens, *c. medicamentum de pœnit. dist. 1. cap. quod in dubijs de consecr. Eccles. vel. Altar.*

80 Tertio respondetur, in vim clausularum prędictę incorporationis, & confirmationis Curiæ generalis cassatum, & annullatum fuisse omne iuramentum, quod à Rege, & successoribus fuerit, contra tenorem huius priuilegij, quod quidem potuit lex infringere, non quidem in sensu directo, sed per obliquum nempe inficiens actum contrarium incorporationi, cui aliquo tempore adijceretur iuramentum, iuxta theoricam, quam *ex Ploto. Decio, Nauarro, Hozeda*, & alijs tradit *Bergu. part. 2. decis. 27. num. 50. & Plebanus ad Molin. verb. donatio. num. 12. Rot. Rom. part. 2. decis. 104.* si ergo lege inficitur omne iuramentum, quod contra priuilegium prædictæ incorporationis, quolibet tempore interponeretur, sequitur manifeste Regem in vim huius fori, non teneri iurare prædictam venditionem, imò eam à dicti fori prouidentia, in necessariam consequentiam censeri exceptam.

81 Vltimo respondetur prædictum forum intelligi, vt teneatur Dominus Rex iure alienationis factas à suis prędecessoribus bonorũ, quæ ei competebant solum tanquam Regi, nempe dignitati, seu personæ intellectuali Regis, non verò alienationes bonorum, quæ competebant personæ organicæ, cuiuslibet Regis ex proprio iu-

re,

re, & propria vocatione, nam quoad hæc iniquum esset, & extenderetur fori dispositio, quia non debet esse Rex deterioris conditionis, quam quilibet priuata persona, sed quilibet cui competit ius fideicommissi, in aliquibus bonis verificato fideicommisso, potest reuocare alienata à prædecessoribus; ergo, & similiter Rex poterit revocare alienata à prædecessoribus, ad quæ iure proprio, & separata vocatione invitabatur. Secundo, quia cum fori dispositio dirigatur in Regem, & ad confirmanda alienata à Regibus, & consequenter intelligenda erit, de his, quæ Regibus, vt Regibus competebant, vt in statuto permittente filio familias, mercatori contrahere, intelligimus eam facultatem concedi filio, tamque mercatori, & sic impertinentibus ad mercaturam, vt per omnes *in l. admonendi de iure iuran. vbi Ias. num.* 119. *& in l. age. C. de transact. Ang. cons.* 346. *Aret. cons.* 33. *Signor. cons.* 69 *num.* 3. & elegantissime *Menoch. cons.* 201. *num.* 137. vbi stante statuto Mediolani, vt contra Fiscum nulla possit allegari præscriptio, vtens hoc eodem argumenti à genere, inquit intelligendum esse respectu eorum, quæ Fisco, vt Fisco adquiruntur, nempe ex privatorum delitis non verò, quoad alia bona diuersa qualitate Fisco quæsita, vnde ad propositum, licet ius ad hæc loca concessum fuerit Regibus Aragonum, non tamen fuit concessum Regibus absolute, sed quia Regibus, & sic Rex non habet ius, tanquam successor in Regno, sed ex pacto, & prouidentia Rgis, & Curiæ, quia est Rex huius Regni, & ita causa immediata, & principalis, ob quam, consequutus est hoc ius non est, quod sit Rex, licet ad consequendũ hoc ius, requiratur hæc qualitas, ideoq; non tenebitur, vt successor Regis Petri, ex facto illius ad obseruationẽ huius alienationis, & venditionis horum locorum, nec ad eam iurandam, *vt per Rip. lib.* 1. *respon. cap.* 1. *n.* 14. & consequenter iuramentum in vim fori præstandum, non erit referendum ad alienationem, & venditionem horum locorum.

82 Quoad secundam partem, homines horum locorum non videbantur admittendi ad impugnandum, hanc alienationem, propter diuturnam patientiam, & obedientiam, & varios fidelitatis actus quos emptori, & eius in emptione successoribus pręstiterunt, per quos aperte visi fuerunt consensisse alienationi, & renuntiasse iuri prædicti priuilegij, *arg. glos. notab. in cap. 1. verb. permissis de prohib. feud. alien. Ias. cons. 227. vers. 6. facit*, non minus factis, quam verbis expressis, *l. Paulus, ff. rem. rat. Gab. cum vulg. Era cons. 54. n. 4. Men. lib. 3 præsum. 135. num. 6. & 7.*

83 Sed his, non obstantibus constituimus homines prædictorum locorum, tàm vniuersaliter, quàm singulariter, & quemlibet eorum agere posse, pro se redimendis, & incorporandis in Corona Regia, in vim prædicti priuilegij.

84 Primo, quia vt dictum est, supra omnis actus, tàm alienationis, quà possessionis, & præscriptionis contra tenorem dicti priuilegij est à iure prohibitus, nempe a dicta incorporatione, quæ habet vim priuilegij, & fori, seu actus Curiæ cuius beneficio improbatur, & inficitur omnis actus, contra eius dispositionem subsequutus, ergo perinde haberi debent ij homines, ac si prædicta alinatio possessio, & præscriptio non intercessisset.

85 Secundo considerandum est priuilegium, hoc cōcessum fuisse, non tantum Concilijs, & vniversitatibus horum locorum vniuersaliter, sed etiam singulis *hominibus vicinis, & habitatoribus horum locorū*, singulariter quolibet eorum per se sumpto, tam pręsentibus, quàm futuris, tam illis, qui extabant tempore, quo incorporatio concessa fuit, quam ijs, qui in perpetuum futuri essent, vt probant illa verba incorporationis, ibi: *Ac vobis dictis Iustitiæ, Iuratis, & probis hominibus dicta Villa, & eius Aldearum præsentibus, & qui pro tempore fuerint*, & clarius in fine, ibi: *Et sub Religione superius præstiti Iuramen-*

uienti, quod nos, & omnes hæredes, & successores nostri, vobis dictæ Iustitiæ, & Iuratis, & probis hominibus, & Vniuersitatibus dictæ Villæ de Sariñena, & eius Aldearum, tam antiquarum, quàm nouarũ, & singulis vestrũ, præsentibus, & futuris, & Notario infrascripto, &c. quam interpretationem suadent, etiam illa verba sequentia, ibi: *Eis melioribus, & vtilioribus modis, vijs, & formis, quibus possit dici, intelligi, & excogitari, &c.* cuius clausulæ virtutẽ, supra in præcedenti articulo, latè perpendimus, sed melius vtilius, & fauorabilius est, tam Dominis Regibus, quã his locis, & eorũ vicinis; quibus Rex Petrus, per hoc priuilegium prospicere voluit, vt illud cẽseatur concessum, non tantum vicinis horum locorũ vniuersaliter sumptis, idest, quatenus constituunt hęc loca; sed, & singulis vicinis per se sumptis, nam ex hoc sensu mirabiles resultant effectus, ad perpetuandam hanc vnionem, & incorporationem, quàm Rex indissolubilem esse voluit.

86 Primus effectus, vt in hac incorporatione considerari debeant duo priuilegia alterum in fauorẽ Vniuersitatę, & Conciliorum horum locorum, alterum in fauorem singulorum vicinorum horum locorum, vt in pulchro casu ratificationis, concessę per commune, & singulos cuiusdam loci considerat *Bald. cons. 438. num. 3. in princ. Ruinus cons. 175. num. 16. vol. 1.* & in mandato, concesso per Vniuersitatem, & singulos de Vniuersitate ponderant *Ruin. cons. 129. num. 12. vol. 4. Xuar. alleg. 26.*

87 Secundus effectus est tollerantiam, & patientiam Vniuersitatũ horum locorum, non præiudicasse singulis vicinis eorum, quo minus ipsi non possint, hoc ius vnionis, & incorporationis consequendæ in iudicium deducere, vt optimè præsuponitur. *Ruinus cons. 175. num. 16. vol. 1.* agens de confessione, & de recognitione facta per Vniuersitatem in his, quæ competebant etiam singulis

de Vniversitate, quia aliud est Vniversitas, aliud singuli; *glos. in l. sicut, §. si quid, quod cuiusq; vniuers. nomi.* sicut illud, quod debetur singulis, non dicitur esse debitum Vniuersitatis, *vt in §. si quid, vbi Angel. Pau.* & alij *Bertran. cons. 241. lib. 3. Roland. cons. 53. num. 6. lib. 4. Cephal. cons. 915. lib. 4.* & in terminis *Curt. jun. cons. 174. num. 35. vol. 2.*

383 Tertius effectus, est in quolibet, & singulis vicinis horum locorũ, formatum fuisse, nouum ius, nouamq; vocationem ad petendam hanc incorporationem, quia dictio, singulis tanquam distributiua, distribuit rem ipsam cuilibet in solidum, *Bal. cons. 461. lib. 1. & ex Bart. & ex Tiraq.* probat *Hier. à Laurentijs, decis. Auenion. 66. num. 5.* ita vt cuilibet ex hominibus dictorum locorum competat, nouum ius in solidum, nouaque vocatio non dependens a facto Vniuersitatum, vel singulorum, qui praecesserunt, sicut per dictionem *quicumque* in fauorem Regum Aragoniæ, qui futuri erunt supra *in 3. artic.* ponderauimus, maximè cum standum sit chartæ, & litteræ cuius propriè significatio, non posset ad plenum, prove necesse est verificari, nisi dato in quolibet vicino, qui nunc est nouo iure, & noua vocatione in solidum, & ita vniformiter, sicut in quolibet eorum, qui extabant tempore incorporationis, sic enim stabitur chartæ, & generalis determinatio, nempe concessio vnionis, & incorporationis verificabitur, vniformiter in omnibus vicinis, quibus conceditur, *iuxta regul. l. iã hoc iure de vulg.* & similiter verificabitur æqualiter, quoad vasallos, sicut, & quoad Reges, qui pro tempore fuerint Aragoniæ, cum æqualiter his duobus extremis Rex, & Curia, in vim huius incorporationis prospicere voluerint, cum æqui paratorum, idem debet esse iudicium, *l. 1. de leg.* 1. vbi omnes, & signanter *Craueta*, & merito, quia ius Domini, & vasallorum appari debent procedere, vt eleganter prosequitur *Cra. cons. 241. num. 7. vol. 2.* vnde sicut cui-

li-

libet in Regno successori, ex nouo titulo recreato, in eius persona competit integrum ius ad reducenda, hæc loca ad Regium patrimonium; non obstante facto prædecessorum, ita, & cuilibet, & singulis ex hominibus horũ locorum, idem ius competere debet, ad petendam hanc incorporationem, non obstante facta, tam Vniuersitatum, quàm singulorum horum locorum, & merito, quia non debebat esse in potestate prædecessorum auferre singulis, qui nunc nascantur hoc ius, quod non illi, sed Regis Petri, & Curiæ generalis indulgentia concesserant; *l.3.de interdict. l.emancipatum*; *§.fin. de senator.* & pulchre in simili probat *Paulus cons.70.num.6.vol.1.*

89 Tandem causæ libertatis, semper est in dubio fauendum, vt notant *DD. in cap.ex litteris de probatio. Alex.in l.de dic.qui satisd.cogan.* quia est plusquam pia, vt inquit *Bal.in l.pen.C.de fideicom.libert.* sed homines horũ locorũ causã agũt libertatis, & summæ pietatis. Proclamãt enim ad libertatẽ à durissima seruitute, qua se indebite oppressos inueniunt, cum reperiant se vasallos Dominiorum Aragoniæ, qui habent absolutam potestatem; ergo personas, & bona vasallorum suorum, quia possunt eos necare famæ frigore siti, ac captionibus; *obs. Item per forum de priuil. milit. obs.in Curijs, tit. actus Curiarum*, vnde appellantur vasalli seruitutis, *obs.De consuet. Regn.nobiles de priuil.gener.* quinimo durior est vassallorum, huius Regni conditio, quam seruorum, nam servis, propter nimiam sæuitiam Dominorum, licet ad ædem sacram, vel ad statuam Principum confugere, quo facto in potestatem Dominorum non reddeunt, sed coguntur Domini eos vendere, *vt in §.in potestate, & in §. sed, & maior.* de his, qui sunt, sui, & ex constitutione Diui Antonij Domini, sine causa servos occidentes, nos minus poniuntur, quam si alienos seruos occidissent, *ex d.§. in potestate, & ante eos ex lege diuino, Exod. cap.21.* vt prosequitur pulchre *Petr.Greg.p.2.lib.14.c.16.n.* 11. At ve-

verò vasalli Dominorum sæcularium huius Regni, quamuis spolientur bonis,& crucientur famæ siti, ac captionibus a Dominis, non possunt recurrere ad Regem, vel ad eius officiales per viam appellationis grauaminis,& violentiæ pro redimenda intollerabili Dominorum sæuitia, & asperitate, sed omni adiutorio destituti in mœrore deficiunt irremissibiliter; ergo merito admittendi sunt ij homines, ad consequendum ius eisdem, in vim dicti priuilegij competens,& tandem omnibus modis iubanda est horum vasallorum pijssima causa, in qua de statu, & vitæ redemptione agunt, vt se à tanta seruitute, ad tantam libertatem reuocent, quanto est sub Domini Regi clemẽtissimi, sicut æquissimi Imperio,& immediata,& dulci subiectione viuere.

Doctor Franciscus de Santacruce, & Morales, Fisci Aduocatus.

Doctor Augustinus de Santacruce, & Morales.

El Doctor Felipe Gazo.

El Doctor Don Pedro Ximenez de Aragues.

El Doctor Miguel Pastor.

El Licenciado Pedro Cortes.